



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 14. Promptiorem esse Deum ad misericordiam nobis exhibendam, quàm
nos ad eam acceptandam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

scelerum obtinendam. Itaque quantocyus Confessarium acciri postulat, quem modico prius eliminârat. Curritur. adest sacerdos. confitetur Andreas, ingenti animi dolore: condit testamentum sanctissimè, malâmq; vitam, optima morte, consignat. Verè igitur ille dixit: *Non est desperandum de malis, sed pro ipsis, ut boni fiant, studiosius supplicandum, quia numerus Sanctorum semper de numero auctus est impiorum.*

S. Augu-
stin. lib.
de vera
innocent.
cap. 184.

§. XIV.

Promptiorem esse Deum ad misericordiam nobis exhibendam, quam nos ad eam acceptandam.

Acta personis rebusq; respondere necesse est,

S. Atha-
nas. orat.
contra
idola.

Psal. 76.

Pl. 110. 2.

Num. 14.

18.

Pl. 144. 9.

inquit S. Athanasius, *ut quis author fuerit, ex opere ipsius contestatum reddatur, & ex authore vicissim, quale sit opus agnoscat.* Quod cum ita sit, meritò, audita eiuscemodi historia, exclamari potest: *Hac mutatio dextera excelsi; neque enim alia manus talia facere potest: itémque Magna opera Domini magnum testantur operatorem. Tantò enim maior est Deus, quantò misericordiam ostendit ampliorem. Vnde cantatur: Dominus patiens, & multa misericordia, auferens iniquitatem & scelera: Et miserationes eius,*

eius, super omnia opera eius; dummodo nos
 ijs velimus vti, aut eas acceptare. Nam pla-
 nè ita est, promptius dat Deus beneficia, quã
 homines illa acceptent. Eo fine Balthasar
 Alvarez vidit Christum Dominum nostrum,
 praclaris donis valde onustum, & onere illo quo-
 dammodo afflictum, ac desiderantem exonerari,
 & propensum se ostendentem ad gratifican-
 dum exoneranti. Et quamuis magno desiderio
 id cuperet, non tamen onus deponēbat; eò quòd
 vasa deessent, in quibus eius dona reponerentur.
 Pronior ergo est Deus, ad offerenda benefi-
 cia, quàm nos ad ea auferenda. Vnde rectè
 Propheta: *Deus meus, misericordia mea. Pec-*
camus grauitèr, inhaeremus peccato pertinaci-
ter; gaudemus de peccato, post peccatum am-
bulamus. Extensò collo peccatum nostrum pre-
dicamus, nec abscondimus; & tu placatus es?
 ait ille. *Nos te prouocamus ad iram, tu au-*
tem conducis nos ad misericordiam: nos irrita-
mus te ad furorem, tu autem differs vindictam.
Iusto exterminio punire poteras peccantes, sub-
uertere negligentes: sed patientia tua expectat,
ut corrigamus penitentes. Deus ergo meus, mi-
sericordia mea! Nunquid non hac est iniustitia?
sed nunquid est iniustitia, apud Deum? Absit.
Quodenim sustinet Deus, iudex iustus patien-
 ter,

Ludouic.
 de Ponte
 in vita
 Aluarez.
 c. 7. §. 2.

Psal. 58.
 S. Augu-
 stin. in
 tract. de
 Visitatione infir-
 mi. serm.

ter, totum Deus est. Neq; enim aliter Deus
esses, nisi flectereris, nisi patereris, nisi misere-
reris. Quodcumq; igitur facis, tuum est: quod
tuum est, bonum est. Quod igitur facis, bonum
est, Deus meus misericordia mea.

§. XV.

*Admiranda Turca ad fidem nostram vocatio,
& conuersio.*

Sicut, octavi exempli loco, prorsus bo-
num & admirabile erat, quod Româ Dilin-
gam perscriptum fuit, Neapoli An. 1640.
(an. 1641?) accidisse. Ibi Turca mancipi-
um, curiositate populi allectus, cum reli-
qua turba, domum quandam sacram, in
qua, Natalibus Christi Domini festis, ra-
rissimi artificij elegantiaq; Præsepe viseba-
tur, ingressus oculos à longè stans, ignota
pietate, impleuit. Nulli vnquam sua curio-
sitas felicior fuit. Nam ecce procul confi-
sistentem Turcam, atque nihil minùs cogi-
tantem fabrefactus è materia Christus in-
fans, è præsepio respicere; tum etiam, pro-
tensa manu, & indice digito annuere, atq;
ad se vocare cepit: quin & vocem claram
addidit, cunctis, qui aderant, in stuporem
raptis. Neque verò annuere cessauit antè,
quàm ille attonitus ac tremens accederet.

Vbi

Scriptit
hoc An-
tonius
Ceschi,
18. Janu-
ar. An.
1643.